



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

II. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem Kloster Marienpforte die Mühle, 10 Hufen und das Patronatrecht zu Boizenburg, das letztere auch zu Crewitz, Claushagen und Hardenbeck, am 25. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

dictorum trium unus chorus dabitur clauſtro in ſehuſen, reliqui duo alijs religioſis locis ſecundum minorum fratrum in Prenzlavia providum conſilium atque meum, quoniam ſic illorum voluntas extitit, quod dictos tres choros pro animabus ſuis comparare dignati ſunt. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXIX, coram viris ydoneis, videlicet Domino Johanne, ejuſdem loci prepoſito, et fratribus minoribus ſcilicet fratre Theodorico de ſparrewalde et fratre Gerardo, elemoſinario fratrum in prinzlavia, et magiſtro Alberto, plebano in Vredenwalde, Domino Johanne, milite de Swanenbecke, Domino Alexandro, milite de Wobrentz, Daniele de blingowe, Henrico, dicto Briz. Ut autem predicta nemo audeat infirmare, preſentem paginam ſigilli mei munimine roborau.

II. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad verzeignen dem Kloſter Marienpforte die Mühle, 10 Huſen und das Patronatrecht zu Boizenburg, das letztere auch zu Grewitz, Clauſhagen und Hardenbeck, am 25. Juli 1271.

Johannes, Otto et Conradus, dei gracia Brandenburgensis Marchiones, omnibus christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in perpetuum. Quemadmodum tempus mobile defluens est et fluit, sic et cum tempore temporales defluunt actiones. Solummodo enim divina sunt perfecta; humani autem generis condicio est defluens in infinitum Et sine deo in ea nichil est, quod perpetuo stare possit. Propter quod notum esse volumus omnibus christiane fidei professoribus, quod ad divini operis cultum, deo perfectius et commodius exequendum, clauſtro Boyceneburch dedimus molendinum, quod constructum est in villa boiceneburch de pura nostra voluntate et simpliciter propter deum. Et etiam manſos decem reddituum domini Gerhardi de Boyceneburch eidem clauſtro dedimus et ſanctimonialibus inibi deo ſervientibus, quos a nobis dictus dominus Gherardus jure tenuit pheodali, et eccleſiam cum jure patronatus, tribus manſis, modiis et denariis et fundum, in quo dictum clauſtrum constructum dignoſcitur, cum palude uſque ad montem predicto adjacente dedimus eidem clauſtro poſſidenda perpetuo libere et quiete, eccleſiam Grewitz, cum modiis et denariis et duobus manſis, eccleſiam Clauſhagen, cum quatuor manſis, modiis et denariis, eccleſiam hardenbecke cum quatuor manſis, modiis et denariis, cum omni jure et jure patronatus. Ne autem huic donacioni noſtre laudabili aliquis in poſterum ſe opponat, preſentem paginam deſuper conſectam dedimus ſigillorum noſtrorum appenſionibus roboratam, adhibitis tamen teſtibus infra ſcriptis, ut domino Bertrammo de Benffz et domino Georgio de kercow, domino Frederico de Ecſtede et domino Gherardo de Boyceneburch. Datum Girwalde, anno domini MCCLXXI^o, VIII^o. kalendas Auguſti.